

informatus examinatur, ita tenet gl. verb. iustitiae, sic intelligitur textus ibi in l. fin. C. de procurat. Abb. ubi supra Bari in l. si alior. ff. de procurat. & ibi Marant. in repet. nu. 63. ubi etiam dicit quod si tunc dominus sit absens, vel non possit in iudicium venire procurator, debet mitti ad eum in loco, ubi est, ad illum examinandum, ut in principio, ut in l. generaliter, §. hic de praeiudicibus, C. de reb. credit. sequitur Abb. in dict. e. in pervallandis col. §. fin. expressa l. 12. tit. 5. p. 1. Praeterea tamen principalis persona tenetur continere procuratorem causae notificationem habentem, alias est imputanda domino: Vnde si procurator vel Syndicus interrogatus dicat, se velle consilium dominum, non habebit terminum, nisi iusta subscritta causa. Quinimo si dicat, se nescire ea, de quibus interrogatur, & pertinet ad principale negotium, condemnabitur in expensis, quae propter hoc fierent nisi forsitan fit articulus, qui de nouo emerit, vel de quo non possit domino imputari, si procuratorem non instruxerit, ut cum Innocent. tenet Abb. ubi supra n. 3. ubi limitat remissive. Praeterea quando una ex partibus principalis, est Capitulum, Civitas, Oppidum, Monasterium vel alia communitas, praxis inolevit atque id iuste fit, ut ad instantiam alterius partis praedicta communitas compellatur duos, tres vel quatuor, ex se ipsis instrutores tamen de causa quae agitur, nominare, & eis plenum mandatum concedere, ad iurandum pro se de calumnia in eadem, & ut eidem communitati noceat, quod ipsi contra eam declaraverunt.

SUMMARIUM.

- 1 Cuius expensis mittendum est ad examinandum absentem, ut cum iuramento abfoluat positiones ipsius.
- 2 In regalibus auditoris hoc sit expensis petentis.
- 3 Expensis petentis mittitur ad examinandum absentem qui ratione infirmitatis, dignitatis vel alterius privilegii non tenetur personaliter comparere.
- 4 Scholarius, vel alius privilegiatus expellens fabrum, vel alium se perturbantem, non tenetur eidem solvere affirmationem domus.

L. 3. tit. 7. lib. 4. Nou. Collect. Regiz.

QUESTIO LXIII.

QUERO circa l. 1. tit. 7. lib. 4. Noua Collect. Regia. Cuius expensis mittendum sit ad examinandum absentem, ut cum iuramento abfoluat positiones. In quo Bald. in l. generaliter, §. hic de praesentibus, C. de reb. credit. & viretur, videtur decidere, quod expensis petentis, & sic expensis aduersarii: Id quod videtur probari in hac nostra l. dum asserit, quod actori vel reo petenti decretum (hoc est prouision) vel rectorum, ut pars absens iuret & abfoluat positiones, sibi detur cum termino competenti: Ergo ipse petens hoc facere debet suis expensis.

Sed nihilominus de iure tenendum est contrarium imo quod expensis absentis id fiat. Quod probatur ex l. 1. §. defendi, ff. de quibus causis in possess. ea: ubi inquit textus, *Defendens autem videtur, qui per absentiam suam in nullo deterior causam aduersarius suus facit* Non enim deterior fieri debet conditio litigantis propter absentiam aduersarii, sed ipsi absenti debet absentia obesse. Ergo ipsius expensis debet mitti pro examinatione & iuramento de calumnia, vel alia ipsius confessione, ut recte existimauit glossa in dict. §. defendi, verb. deteriorum, & ibi Bart. Albe. Angel. & Bald. in l. si alior ff. de procurat. ubi Maranta in repetitione numero 64. Eandem sententiam probauit idem Bart. in l. fin. in 2. leibura, C. de procurat. Et ita fuit decisus ille casus in sacro Concilio Neapoli ut refert Marit. de ff. decif. 17. & de const. Regni Siciliae, sub. di. num. 7. Idem fuit conclusum in Capella Tolos. decif. 100. quod refert & sequitur Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centuria 3. casu 21. §. nu. 10. 11. & 12. ubi id verum esse intelligit, quando absens est persona egregia, & in dignitate constituta, quae non possit cogi, personaliter esse in iudicio, sed esse iustitiam domi transmittendum, iuxta l. ad personas egregias, ff. de iureiur. quia adhuc illius impensis transmittendum est ut in dict. decif. Capell. Tolos. 100. cetera opinio Spec. in tit. de iuran. calum. §. restat, circa fin. quoniam illius dignitas atque nobilitas non debet alteri detrimentum esse, de quo inferius.

QUERO circa l. 1. tit. 7. lib. 4. Noua Collect. Regia. Cuius expensis mittendum sit ad examinandum absentem, ut cum iuramento abfoluat positiones. In quo Bald. in l. generaliter, §. hic de praesentibus, C. de reb. credit. & viretur, videtur decidere, quod expensis petentis, & sic expensis aduersarii: Id quod videtur probari in hac nostra l. dum asserit, quod actori vel reo petenti decretum (hoc est prouision) vel rectorum, ut pars absens iuret & abfoluat positiones, sibi detur cum termino competenti: Ergo ipse petens hoc facere debet suis expensis.

Nihilominus tamen in regalibus auditoris hoc sit indistincte expensis petentis, ut refertur Gregor. Lop. in l. 22. in gl. Ofi. suere a oira parte, in l. 5. part. 3. quod ut praedixi, videtur probari in nostra l. quamuis meo iudicio ea inductio euitari possit, ne probet primam opinionem supra dictam: quia praeiudicium quod in hac leg. non agitur nec exprimitur, cuius expensis id fieri debeat, hic pars pete libi dari receptoriam, hoc est, prouisionem Real. o Receptor para ello & iubetur dari, non vero petitum fuit ut expensis absentis mittitur: Nihilominus tamen apud supræmā tribunalia praedicta, praxis inoleuit, ut expensis petentis id fiat. In inferioribus autem, cessante consuetudine vel stylo in contrarium, existimo seruandam esse secundam opinionem supra dictam, si pars praesens hoc petat, nempe ut expensis absentis abfoluantur positiones, & iuretur de calumnia per ipsum absentem praetereaquam si praesens petat receptoriam, vel literas requisitorias ad producendos atque examinandos suos testes in loco, ubi est altera pars absens, quoniam tunc simul expensis praesentis utrumque fieri potest, & debet: nempe examinatio testium, & partis absentis. Et ita vidi communiter seruari.

Quando tamen absens est constitutus in dignitate, vel ratione infirmitatis, vel sex est alias privilegiatus, ne teneatur personaliter comparere, certe magis dubium est, an ipsius expensis mittendum sit pro sua examinatione, vel confessione, vel id petentis: quia quamuis supra ex decisione Capell. Tolos. 100. & Menoch. dictum sit, quod expensis absentis, contrarium eodem casu cum Speculatore responderet decif. 273. eiusdem Capellae, & vtroque Aufser refert auctores pro vtraque parte, & calum sibi in praxi contingentem super remissione incarcerationi cuiusdam clericus ab Episcopo Vantren. faciendi ad iudicem appellationis, cuius expensis, nuntius, atque custodibus fieri deberet, de quo late ibi per eum: Et hac opinionem Specul. videtur probare Greg. Lopez ubi supra, post Aleanam, quem refert, & mihi verior de iure videtur, quia alias privilegiatus in hoc non plene fruetur suo privilegio, si suis expensis id fieri debet: sicut alias fit videmus, quod scholarius vel alius privilegiatus expellens fabrum, vel alium se in studio perturbantem, etiam in propria domo commorantem, iuxta tradita per Bart. & Doll. in leg. 1. in fin. ff. solut. matrim. Nam non tenetur, cum sit privilegiatus in hoc eadem fabro expulso solvere affirmationem domus, quia ipse faber potest domum suam alteri locare strepitum non inferenti, vel eam vendere, & hoc quando domus illa relicta a fabro vsui publico deputaretur, & ita practicaualias enim si vsui publico deputaretur, puta scholarum vel simill. de publico esset et solvenda affirmatio domus, ut in his terminis resoluit Rebuff. in tract. de primil. schol. primil. 3. n. 2. volum. 1. ar. 1. diuersi. Doll. fol. 93.

SUMMARIUM.

- 1 Repulsa testium an in causa appellationis possit opponi & probari, qui in prima instantia fuerint examinati: quod non.

- 2 Praxis Granaten. tribunal. proponendi crimina aduersus testes in prima instantia receptos, post appellationem vel supplicationem in libello, quem grauaminum vocant, admissa inter graues aduocatos.
- 3 Repulsa falsitatis vel corruptionis contra testes prima instantia semper admittitur in secunda: idem est in aliis iustis exceptionibus contra testes, si fuerint opposita in prima instantia & per iudicem non fuerint admissa.
- 4 Idem est si pars ignorauerit vitia contra testes in prima instantia, idque iure nunc in secunda instantia, vel si crimen nouum eis obuiatur.

L. 1. tit. 8. lib. 4. Noue Collect. Regiz.

QUESTIO LXIV.

QUERO circa l. 1. tit. 8. lib. 4. Noua Collect. Regia. Quod probat, crimina, vitia, atque testium obiectiones proponendas esse intra sex dies post factam publicationem testium, & parti intimatam, vel suo procuratori, non vero deinde, & c. an in causa appellationis possit opponi & probari, repulsa testium in prima instantia examinatorum: Et certe articulus hic iure communi controuersus est. Nam Andreas de Ilernia in con. firmat. Regni Siciliae, libro secundo, rubrica si iuxta sexto, tenet partem negatiuam: quam etiam sequi videtur Guido Pape, decif. 500 per text. in cap. licet causam, de probat. & eam approbavit Senatus Neapolitanus, secundum Marit. de Assil. decifio. Neapolitan. 26. numero quinto, ubi limitat, quando pars vellet repulsa ipsos testes tanquam falsarios, idem testatur. Marant. de ordin. iudic. 6. parte princip. 15. a. 10. numero decimo tertio pagin. 494. Auendan. in secunda parte, cap. 1. §. 4. prae. numer. 29. dicens hoc videtur sentire nostram Libi: 7 que no se restituca para las prouar ea primer a ni segunda instancia. Idem sequitur Didac. Perez in l. 1. tit. 4. libro tertio, ordinamen. veter. col. 923. & sequentiibus, ubi de iure communi tenet limitationem supradictam: sed de iure Regio tenet indistinctam hanc primam opinionem, per quamdam l. 6. De la orden judicial.

Contrariam tamen opinionem, & sic affirmatiuam, tenuit glossa & ibi Abb. & Felin. in cap. 1. de except. idem est in cap. super eo, et primo, de testib. & Marit. de Assil. in d. con. fit. vltim. Regni Siciliae, num. 12. & seruari in Regno Franciae testatur Guido Pape ubi supra. Idem testatur Rebuff. in com. ad l. 1. Regias Gallic. in tract. de reprobat. testium. artic. 2. §. 1. §. 1. numero 7. eo casu quo reprobatō testium fuerint opposita in prima instantia, quia tunc in appellationis iudicio probari poterunt, dicens hoc consuetudine iuri contraria apud se receptum esse secundum Guido. Pape ubi supra. Sed profecto huic secundae opinio, obstat ex diametro nostra l. Regia in verbis supra relatis. Imo & fortiori nam si restituitur hac l. denegatur minoribus ad opponenda & probanda vitia & crimina aduersus testes in prima & secunda instantia, & fortiori id fieri non poterit per maiores, quibus beneficium restituitōis minime competit. Et sic nostra l. videtur decidere expresse hanc questionem, & approbare primam supradictam opinionem, ita ut amplius non sit de hoc dubitandum: Quod & in terminis, etiam si in prima instantia sint opposita crimina, non tamen probata, tenet Didac. Perez ubi supra. Nihilominus tamen idem Auendan. refponf. 21. num. 7. probat hanc secundam opinionem affirmatiuam, dicens consuetudine admittum esse, quod in secunda instantia reprobari valeant testes examinati in prima, & quod hac consuetudo valet secundum Guid. Pape t ubi supra, insignis Couarru. lib. pract. quaest. cap. 18. num. 5. referens praedicta, controuersiam de

iure communi praefatur esse constitutissimum, quod post publicationem testium in causa appellationis etiam in termino dato ad obiciendum in testes, non poterit quis reprobare testes in prima instantia productos quoniam terminus hic datus in secunda ad notandum illos datur ad impugnandos productos in ea, quorum tunc publicatio fit: non vero ad eos reprobandos, qui ante sententiam fuerunt producti, quorum testimonia eo tempore sunt iuxta iuris ordinem publicata. Testatur tamen se scire receptum esse apud Granaten. tribunal posse in secunda instantia post appellationem vel supplicationem proponi aduersus testes productos & examinatos ante sententiam exceptiones & obiectiones in ipso libello, quo grauamina sententiae explicantar, hoc est, in eod. scripto de graues, & quod exponuntur ut tandem probatio fiat harum exceptionum intra dilationem datam ad ipsa grauamina probanda: sic quod praxis admisit opinionem glossa. Abb. & aliorum, quae sic intellexit & moderata maximam aequitatem habet: quae praxim ipse admittam video inter graues aduocatos, & mihi satis placet, quia summum habet aequitatem.

Si vero falsitas vel corruptio allegatur contra testes primae instantiae, semper admittitur repulsa in secunda instantia, ut praedicta, & tradit praeterea Auendan. ubi supra. Idem dicendum est regulariter etiam in aliis iustis exceptionibus contra testes, si fuerint opposita in instantia, & per iudicem non admittantur poterit repeti & probari in secunda instantia.

Idem etiam fit tenendum est, quamuis in prima instantia praedictae exceptiones oppositae non fuissent, si pars tunc temporis eas ignoabat, idque iure nunc in secunda instantia, ubi supra dicta, omnia refert & probat Auendan. ubi supra.

SUMMARIUM.

- 1 Minor non restituatur ad obicienda crimina & vitia aduersus testes.
- 2 Curia Burdegalens. consuevit recipere dict. defectum, quando eius non receptis & probatis, minor suam perderet causam: secus alias quae praxim summam habet aequitatem.

Eadem l. 1.

QUESTIO LXV.

QUERO secundo circa eandem, l. 1. an transactio dict. sex diebus ad obicienda crimina & vitia aduersus testes, concedatur minori & Ecclesiae restituio aduersus omissionem allegatorum huiusmodi? Et non esse concedendam expresse decidit nostra Libi, 7 que no se restituca para las poner, ni para las prouar en la primera, ni en la segunda instancia Quod & fuit decretum in Capella Tholosana quasti. 33. sequitur Felin. in cap. fraternitatis, num. 4. de testibus, quam sententiam, & hac l. & iure communi probauit Couarru. in practice, quaest. cap. 26. num. 6. versic. 5. & Marit. de Assil. decifio. Neapolitan. 370. num. 3. & 6. Didac. Perez in l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordnamenti. col. 937. in princ. & col. 943. circa fin.

Nihilominus tamen Curia Burdegalens. consuevit recipere praedict. defectus, siue obiectus, quando eius non receptis & probatis minor suam perderet causam: secus quando processus potest sine praedict. obiectibus decidi: quia tunc a quoquoque produci petantur, non recipiuntur, ut testatur Nicolaus Boer. decifio. 245. num. 7. quae praxis meo iudicio summam habet aequitatem, & probari poterit in nostris regnis in praedictis terminis, sicut ea introductum esse, ut in secunda instantia quoque praedict. obiectus admittantur in libello grauaminum contra testes in prima instantia.

productos, vt in questione precedenti dicebamus. Eandem praxin sequitur & iure probat Caldas Pereira, maxime ad defensionem minoris, & in obiectiōe inimicitiae, in rep. l. si curatores, verb. l. si, num. 30. & 31. C. de integ. rest. min. pag. 1308 in par. 2. tractatum rest. min.

SVMARIA.

- 1 Minor & ecclesia, si non litiget tanquam principalis sed tanquam tertius oppositor in fauorem alterius partis, an post publicationem & conclusionem cause possit in integrum restitutionem petere? & numeris sequentibus resoluitur affirmatiue.
- 2 Defensor alterius comparens in causa, debet eam assumere in eo statu, in quo tunc temporis versatur.
- 3 Defensor minor vel ecclesia comparens ad adiudicandum alterum, debet restitutionem petere aduersus omisam probationem intra quindecim dies a publicante testium, non vero post.

L. 3. tit. 8. lib. 4. Nou. Collect. Regiz.

QVÆSTIO LXVI.

QVÆRO circa l. 3. tit. 8. lib. 4. Noua collectio Regie vtr. Ordenamos y mandamos que si qualquiera de las partes pidiere en la primera instancia restitutionem in integrum para hazer pronancia, por se caso que ay a lugar de pedir restitucion, &c. ibi, se le conceda y o tor que se, pidienela dentro de quize dias despues de las publicacion &c.

Quid si minor vel ecclesia non litiget tanquam principalis, quo casu loquitur lex hac, sed tanquam tertius oppositor, qui ad coadiudicandum & defendendum alterum ad iudicium accedit, vt puta, quia si auctor laudatus tanquam vendit a reo emore conuento ab alio super re emta. an hoc casu post publicationem testium & conclusionem in causa, possit petere restitutionem in integrum ad producendum testes, & ad cetera omnia, qua ipse reus principalis, nec producere, nec agere possit? Et videtur quod non, quonia hic defensor assumere debet litem & causam in eo statu, in quo tunc temporis versatur, vt probatur in cap. vlt. vt lit. pend. lib. 6. siquidem ipse vult iudicium a reo ceptum prosequi. Quare sicut reus ipse post publicationem, & maxime post conclusionem in causa non potest testes producere, nec ipse defensor id poterit facere ex sua persona vt in e. cum super, de re iudic. vbi expressit id deducit Innoc. & Anton. num. 18. quorum sententiam alios referens probatur Couar. in pract. quas. cap. 11. num. 2. dicens in praxi satis receptum videri a iudice suprema huius Regni tribunalia in quibus passim obtentum est, defensor hunc admitti ad litem & causam suscipiendam in eo statu, in quo erat tempore oppositionis, quamuis Bart. in l. si per iuror. ff. de appellat. & alii, quos ipse Couar. refert & Matth. de Afflic. decis. Neapol. 23. & Burg. de Paz conf. 8. n. 1. hoc verum existimet, praterquam si tertius hic ignorasset litem motam, quia tunc temporis possit admitti, & audiendus esset volens producere testes de nouo, etiam post publicationem: quia prior opinio indistincte verior est, & in praxi recepta, siue fiat ius ignoret litem motam, cum hic defensor causae litis examini assistat reu ipsum defensurus, propter prauiudicium, quod sibi imminet, si reus ipse condemnatur: Ergo ita in proposito nostro videtur dicendum, vt quamuis huic minori, vel ecclesiae competat beneficium restitutionis in integrum, non tamen per id retardabitur processus inter actorem & reum principales, sed expedietur causa inter eos, praestita fideiussione per actorem: quod si au-

ctor laudatus per aliam sententiam vicerit, restituet rem ei, cui promissa est euidio, iuxta l. in quo ff. de rei vend. Et in terminis nostrae questionis hanc primam partem voluit Matth. de Afflic. lib. 2. consil. Sicil. in rub. de integ. rest. min. n. 17. & eum referens Afflic. in vrb. num. 16. & 17. cuius post primam huius operis editionem.

Sed nihilominus his non obstantibus, prout vere non obstant, in nostra questione tenendum est contrarium, imo quod huic minori vel ecclesiae concedenda sit in integrum restitutio post publicationem & conclusionem in causa, ad producendum de nouo testes, & ea, quae reus ipse principalis nec producere nec agere possit: quoniam ex quo defensio principaliter pertinet ad auctorem laudatum, ex itaque persona habet beneficium restitutionis, non debet sibi denegari, quod a iure communi sibi competit, cum de ipsius interesse principaliter agatur. Non obstat dist. l. in quo, quia non loquitur quando tertius venit ad causam principaliter, sicut contingit in venditoribus, qui agit causam super dominio cuius periculum est emtoris, quod reuertitur ad venditorem. Item, quia sit tertius ex sua persona potest iudicem reculare, vt in cap. cum super, & ibi Dist. de offic. de lega. Ergo ex sua persona debet etiam ei concedi in integrum restitutio. Non obstat etiam verior opinio aduersus Bart. in dist. l. si per iuror. supra adducta pro prima parte, quae habet, quod tertius oppositor teneatur assumere causam in eo statu, quo versatur tempore oppositionis, ac proinde non poterit de nouo producere testes post publicationem, &c. quoniam istae sententia loquitur & locum sibi vindicat regulariter, & sic in maioribus, quibus a iure non competit praedicta restitutio in integrum: Nos vero agimus in minoribus, alisque personis priuilegiatis quibus a iure id beneficium conceditur, & ita in terminis hanc secundam opinionem tenuit gloss. in l. si parentes, verb. ex Persona, C. de emul. vbi Petrus a Bellapert. idem probat, Anchar. in regul. ea que. 17. quae de regul. iur. in sexto. Matth. de Afflic. decis. Neapol. 15. vbi n. 4. refert sic communiter practicum: ipse tamen asserit in quadam causa fuisse adhibitam causae cognitionem, vt viderentur articuli actricis laudatae, si concernant eius defensionem, & si per eorum lecturam appareat defensionem esse legitimam, non obstante conclusione in causa, restitueretur ad faciendas dictas defensiones, iuxta nota in cap. 1. & in cap. auditis, de re iudic. in integ. qua sententiam supra dictorum auctorum minime immemor sequitur Doct. Couar. in pract. quas. cap. 16. num. 3. & eam probauit etiam, quamuis simpliciter Sebastian. Vant. de nullis sententia, in rub. que possit dicere de nullis n. 20. versic. prout etiam possit, fol. 53. & Doct. Burg. de Paz consil. 18. num. 14. multipliciter respondet sententiae Innocent. in contrarium adductae. Habebit igitur locum & in hoc casu haec nostra lex Regia, quamuis defensor hic non sit principalis pars, sed tertius oppositor, qui litem assumit ad defendendum reum ob proprium interese. Quare verissimum esse existimo, quod in proposito dubitanter licet, asserit Doct. Couar. vbi supra, nempe hanc restitutionem iure Regio petendam esse intra quindecim dies a publicatione testium, non vero post, quod hac lege in vniuersum statutum est: quoniam licet lex hac in praedict. termini praefixione loquatur quoad ipsos principales & primos litigantes, non tamen quoad tertium hunc defensorem, non tamen habet defensor maius priuilegium, quam ipse reus quem conatur defendere, habere, si minor esset, imo pari censura & iure sunt discernendi reus principalis & tertius defensor, vt si maiores sint, lege maiorum, & si vero minores, leges minorum iudicentur, nec minor defensor poterit ea agere, quae reus principalis etiam minor agere non potuisset.

SVMARIUM.

Restitutio minori concessa aduersus probationem omisam, an profit eius litis consortibus, quod in indiuiduo & inseparabilibus profit, in alio secus.

Eadem l. 3. tit. 8. lib. 4.

QVÆSTIO LXVII.

QVÆRO tertius & secundo circa eandem legem, si duo vel plures habent rem vel causam communem, quorum vnus sit minor, alter vero maior, an restitutio minori concessa in casu huius legis profit maioribus: In quo gloss. leg. om. C. si in communi eademque causa, &c. tenet, quod si res vel causa est diuidua, restitutio non proit maiori per illum text. si vero sit indiuidua, forte competeret, verbi gratia, in feruitute, quae quidem est indiuidua. Et hoc argumentum rest. in leg. si communem, ff. quemadmodum seruit. amir. vbi maior habens fundum communem cum minore, non amittat feruitutem vix propter non vsum vtriusque, & hoc propter pupillam. Potest etiam exemplum fingi in iure hypothecae, quod est indiuiduum, licet res hypothecatae sint diuiduae: quia quod sunt res obligatae, tot sunt obligationes, vt in leg. si res debentur, ff. de verbor. obligat. & ibi Paul. de Cast. num. 3. & refert Raphael subtiliter tenentem cum gloss. illa, quamuis ipse Paulus aliud sentiat in post. Azorem, in summa eodem tit. Alberic. de Rest. in leg. 2. C. si vnus ex pluri. in fi. Angel. & Bald. quos refert & sequitur Matth. de Afflic. decis. Neapol. 23. vbi n. 3. inquit fuisse pro factum Concilium conclusum, quod in indiuiduo & connexis beneficium, quod competit minori, extenditur ad consortes eiusdem litis maiores, & refert exemplum praedictum de iure hypothecae quod sit indiuiduum, & ita fuisse conclusionem & votatum per omnes dominos de Concilio, sed quia heredes disierunt sibi bona obligata, beneficium quod competit minori, non trahitur ad maiores consortes eiusdem litis, secus esset, si possideret omnia bona obligata pro communi & indiuiduo, & quod ita post vidit iudicatum per factum Concilium.

Sed contrarium, imo quod indistincte talis restitutio tantum promittit minori, non vero litis consorti maioribus, etiam in indiuiduo aduersus praedict. gloss. tenent Petrus, Cynus, Iacobus Barrie. Alberic. Bald. Angelus Saley. Iacob de Sancto Georg. Paul. & commun. Doct. in dist. l. vnic. prout refert. Anto. Gom. 2. tom. cap. 14. de rest. min. num. 10 dicens hanc esse veriore & communiore opinionem, quia licet feruitus sit indiuidua, & pro parte constituti non possit in casu tamen supra posito non restituitur minori pro parte, sed in solidum, & si alii loci maiores vti velint feruitute, obtinebit eis exceptio, & repellentur arguente, tex. in l. si per fundum, ff. de seruit. rustic. praed.

Quid tenendum in hac controuersa questione? Certè mihi verior videtur prior opinio, si causa vere indiuidua & connexa sit, ita quod separari commode non possit, vt in exemplis supra factis per text. in dist. l. si communem ff. quemadmodum seruit. amir. cui congrue responderi minime potest. & l. loci corpus, §. si fundum, ff. si seru. vend. vbi in feruitute propter indiuisibilitate sententia lata pro vno, aliis prodest, praecipue cum iuxta hanc partem indicauerit totum Concilium Neapolit. non lemel, vt restituit Matth. de Afflic. vbi supra: quod maxime mouet animum in decisione causarum, & in terminis ita tenuit Bald. in l. 3. §. sed vtrum num. 4. ff. de minor. dicens: Nota litem iustam ad questionem de facto, habebat litem communem cum minore contra aliquem, & coram iudice post aperturam testium, minor petiit bene-

ficiam restitutionis in integrum ad probandum iterum: quero vtrum beneficium minoris profuit mihi? Et videtur quod non: quia non fuit praeiudicium propositum, &c. vt hac littera innuit, facit C. si in communi eademque causa, leg. 1. Sed distinguendum est vtrum negotium erat connexum, & tunc profuit, aut separatum, & tunc non profuit C. de diuersorum scriptis, leg. 1. C. si vnus ex pluribus appellariombus, leg. 1. quemadmodum seruit. amistan, leg. si communem.

SVMARIUM.

Restitutio in integrum an concedatur minori, vel alii persona priuilegiatae aduersus omisam probationem in termino ad liquidationem faciendam concessio post sententiam desinitiuam, in qua fuit aliquid reseruatum postea in executione ipsius sententiae liquidandae: dicitur affirmatiue, quous in principali causa non fuit concessa, nec petita restitutio, & tunc oportune petatur.

Eadem l. 3.

QVÆSTIO LXVIII.

QVÆRO tertio circa eandem legem an si in sententia desinitiuam fuerit aliquid reseruatum liquidandum post ipsam sententiam, nempe in executione ipsius, & dato termino ad probandum super liquidatione facta, quae publicatione si vna ex partibus est minor vel ecclesia, vel alius priuilegiatus, & petat restitutionem in integrum super liquidatione sit illis concedenda? Et videtur quod non, quia causa super liquidatione est eadem cum prima, & ideo si in primo processu fuit iam petita & concessa restitutio in integrum aduersus omisam probationem, iterum in eadem causa concedi non debet, vt in toto tit. l. si super in integrum rest. post. Bald. in l. 2. eiusdem tit. & per nostram legem ibi: T que en la misma sententia que se le otorgare se le deniegue otra restitucion. Si vero in primo processu non fuit petita, & sunt transacti quindecim dies a tempore publicationis testium in eo factae & intimatione ipsius, non poterit etiam peti praedicta restitutio, nec in causa liquidationis cum sit eadem cum prima, per nostram legem. Nihilominus tamen in Concilio Neapolitano saepe fuit decisum, quod si in principali causa non fuit concessa nec petita restitutio, debeat concedi in causa liquidationis, alias secus, vt refert & sequitur Matth. de Afflic. decis. 25. & 104. Et quamuis ipsius ratio videatur hodie cessare in nostro Regno, attenta hac lege, nempe quod conclusio & renuntiatio in causa non obstat, quia hoc ipso quod renuntiamus, est lapsus, vt in leg. interdum, & in leg. si iudex ff. de minor. nihilominus adhuc placet eadem sententia etiam attenda nostra lege Regia, quoniam est transacti fuit praedicti quindecim dies post publicationem in causa principali, cum tamen super liquidatione iterum recipiuntur probationes, quamuis videatur eadem causa cum prima, aut saltem ab illa dependens, poterit minor vel ecclesia, si in causa principali praedictam restitutionem minime petierit, in hac secunda etiam implorare, & sibi concedenda erit, si infra quindecim dies post publicationem ipsius petatur, iuxta de cisionem huius legis, quae in hoc quoque casu procedere poterit, cum in causa principali non fuerit petita nec concessa, ex generalitate & identitate rationis eiusdem legis.

SVMARIUM.

Terminus ultramarinus an debeat & si concedendus, quous minor restituitur aduersus probationem omisam, dicitur affirmatiue.

Eadem l. 3. QVÆSTIO LXIX.

QUÆRO ꝑ quarto circa eandem legem quid si minor petens hanc restitutionem debito tempore aduersus omissionem probationem, dicat se habere testes ultramarinos, an seruati seruandis contentis in leg. 1. tit. 6. lib. 4. Noue Collectionis Reg. debeat sibi concedendi terminus ultramarinus arbitrio iudicis assignandus per viam restitutionis ad faciendam suam probationem? Et videtur quod sic per dist. leg. 1. tit. 3. eiusdem tituli. Rursus contrarium videtur probari in nostra lege ibi: Tanto que no exceda el termino que el dizen para hazer la tal prouanca por via de restitucio de la mitad del termino que se dio primero para hazer la prouanca principal. Sed certum est, quod terminus, qui concedi potest in causa principali in regno, ad summum est 120. dierum, ut in d. l. 1. tit. 6. lib. 4. quod si maior extra regnum concedatur, dimidietas ipsius, que est concedenda per viam restitutionis non erit sufficiens ultra mare. Ergo, & c. Quid tenendum? Certe his non obstantibus, adhuc prima pars mihi verior & tenenda videtur, vt per viam huius restitutionis possit concedi terminus ultramarinus minori vel ecclesie, si illo opus fuerit, reliquis seruatis: quia postquam dictum beneficium restitutionis sibi non potest denegari, debet sibi esse proficuum, vt iudex tempus arbitretur secundum distantiam loci vbi sunt testes, quia tempus beneficii est arbitrariu iudici, secundum inno. in cap. coram, de restit. in integrum. Card. in Cleu. 1. eadem tit. quæst. vltim. alius enim si esset medietas dicti termini, esset terminus impossibilis ad faciendas suas defensiones, & per indirectum tolleretur sibi beneficium restitutionis in integrum aduersus probationem omissionem, ob quam omissionem amitteret possessionem, siue dominium, vel ius suum. Debet igitur esse congruum tempus ad faciendas defensiones beneficium restitutionis. Nec obstat nostra lex in verbis supra relectis, quoniam non loquitur, nec procedit, quando testes sunt ultra mare, quandoquidem ipsa se refert ad dimidietatem termini concedi in causa principali ad probandum: Ergo præsupponitur videtur quod in causa principali testes non erant ultra mare, nam alias nihil concederet in restitutione, & sic frustranea esset restitutio, quandoquidem medietas termini probatorii ordinarii insufficientis quidem esset ad examinandos testes ultra mare: & non est præsumendum legem frustratorie disponere, ne potius verbis, quam rebus imponatur: & ita in propriis nostris terminis data communi obseruantiæ quod non solet concedi per viam restitutionis, nisi dimidietas termini concessi in causa terminus congruus & competens arbitrio iudicis: secundum distantiam loci, & non prout vulgari ter dicitur quod si medietas primi termini, tenet egregie Mattheus de Afflictis decisio. Neapolit. 124. dicens n. 3. sic fuisse conclusum in Concilio & se vidisse postea pluries seruatum: sequitur Auendannu responsion. 21. n. 3. Nec erit tunc opus petere etiam restitutionem in integrum ob non petitum terminum ultramarinum simul cum ordinario, quia nulla lege id cauetur, & quia in restitutione aduersus omissionem probationem que petit virtualiter id continetur vel saltem ea sufficit, cum beneficium hoc debeat esse petenti proficuum, vt prædictum, quamuis consultius sit vtramque restitutionem petere.

S Y M M A R I A.

1 Minor & ecclesia vel reipublica, non restituntur in re minilibus ad accusandum ad producendos novos testes.

- 2 Nec contra processum vel sententiam supradictis personis accusantibus datur restitutio.
- 3 Reus regulariter, etiam maior, in causis criminalibus ad sui defensionem & innocentiam probandam admittitur post publicationem, & conclusionem in causa.
- 4 Imo & post sententiam diffinitiuam contra eum latam quando per euidenciam facti potest constare de innocentia ipsius.
- 5 Iudex ex officio suo qualitercumque procedat, potest vt que ad conclusionem in causa inducere. & repetere testes ad offensam & punitionem delinquentis.
- 6 Hinc fundatur praxis hodierna.
- 7 Mulier & rusticus minime restituntur ad producendos testes post didicta testificata.

Eadem l. Regia QVÆSTIO LXX.

QUÆRO ꝑ circa eandem legem Regiam, an minor, & ecclesia vel reipublica concedatur restitutio in integrum restitutio aduersus omissionem probationem in tempore prædicti 15 dierum, de quo in hac lege in causa criminali, sicut in ciuili? Et videtur in vtrique locum habere ex generalitate ipsius, & quia lex non distinguit: Igitur, & c. Et in terminis post huius operis primam editionem ita tenet Parlad lib. 2. termino quodam. c. 11. nu. 6. vbi respondet ad dictam legem auxilium, ff. de minor. non tamen vere in proposito. Sed contrarium est tenendum, nempe quando minor vel ecclesia accusat alterum: quia tunc ad accusandum non restituntur ad producendos novos testes, vel probationem de nouo faciendam post publicationem in causa, vt tenet Alexan. in l. 1. §. nuntiatio, nu. 34. ff. de nou. oper. nuntiatio. & ibi 7. son. col. penul. post Rom. & tenet gloss. penul. in Clementina, non potest, de procura. & alius allegans Anton. Gom. 2. tom. cap. 1. de delict. nu. 7. vbi expresse meminit huius nostre legis Regie, eam sic declarans, Addit. Bernar. reg. 19. & late Azueda, super hac lege, nu. 2. & 3. Pro ꝑ quo facit, quia contra processum vel sententiam minori accusanti non datur restitutio: locus si sit accusatus, vt tenet Gregorius Lopez in leg. 4. tit. 19. glo. 2. part. 6. Quinimo ꝑ reus regulariter etiam maior in causis criminalibus ad sui defensionem & innocentiam probandam admittitur post publicationem & conclusionem in causa, vt latissime plures referens probauit Antonius Gomez, 3. tom. cap. 11. de torturis reorum, numer. 37. & Angel. in tractat. malefic. in parte comparauerunt dictis inquisit. nu. 19. fol. 125. col. 4. Marant. de ordin. iudic. 6. part. cap. de dilacione, numer. 3. fol. 433. Quinimo & post sententiam diffinitiuam contra eum latam, quando per euidenciam facti constare potest de innocentia ipsius rei, secundum Anton. Gomez, vbi supra, dist. nu. 31. qui est videndus: Iudex tamen ex officio suo, modo procedat ad instantiam partis, modo per viam inquisitionis, potest in quacunque parte processus & litis vsque ad sententiam diffinitiuam etiam post publicationem & conclusionem in causa inducere & recipere testes, & omnes alias probationes ad offensam & punitionem ipsius rei delinquentis, vt pluribus rationibus atque plurium auctoritate probauit & tenet Antonius Gomez, vbi supra numero 34. cui adde aliam quod expedit reipublice, ne delicta remaneant impunita, vt in l. ita vniuersatus, ff. ad l. Aquil. Hinc fundari atque orta videtur praxis communis, quæ habet, vt si fiscalis, vel pars accusans non ratificauerit testes summarie informationis in causis criminalibus, ipsæque nisi conclusæ abque prædicta ratificatione restitua in summario iudicio productorum, iudex ipse ex officio, priusquam sententiam diffinitiuam profetatur, iubet prædictos testes ratificari, eoque ratificari facit, ne delicta remaneant impunita: & quamuis aliqui aduocati dubitauerint, an hoc iure fieri possit, cum causa sit conclusa, dicendum est, oportere iure id fieri post ex officio per supradicta, & ita fieri vidi sæpissime.

Postremo ꝑ aduertendum duxi circa hanc eandem legem mulierem & rusticum minime esse restituentem ad producendos testes post didicta testificata, vt late probat decisio Pedemont. 87. per totam. Nec ꝑ obstat quod Guil. de Cun. & Rayn. in l. vbi ff. de edend. tenent contrarium, loquentes in minore & muliere, nec non & Mathe. de Afflict. decis. 316. quorum opinio est communis secundum Orosc. in dist. leg. vbi, nu. 2. quoniam eorum dicta, dum loquuntur in muliere, communiter reprobantur, & contra eos tenet Bart. communiter approbatus in leg. 1. §. nuntiatio, nu. 34. ff. de oper. nou. nunt. loquens in muliere & rustico, vt affirmat Orlanuan. dist. decis. Pedemont. 87. nu. 9. versus non obstat vbi miratur Mattheum de Afflict. sic loquutum fuisse contra communem conclusionem allegando Bartol. in dist. §. nuntiatio, qui contrarium dicit, & alii Doctores per se non allegati non loquuntur in muliere, sed in ecclesia & minore: Ego vero miror Oroscium, quod in muliere dicat esse communem opinionem. posse post didicta testificata novos testes producere, allegando ad hoc Alexandrum ibi nu. 41. lafon. col. 1. fin. cum hi in minore loquantur, non verò in muliere: Quinimo quod mulieri & rustico in hoc casu non succurratur, tenet Doct. secundum Paul. de Castro, in dist. l. vbi, nu. 1. & sequuntur alios citantes Alex. & reliqui in d. §. nuntiatio, nu. 35. Fel. in cap. fratemitatis, nu. 6. de restit. est communis secundum Menchae. controuers. vsu siue quent. cap. 11. nu. 4. & 5. Et ita est tenendum, non ad missa distinctione, an poterint consulere peritiores, nec ne, de qua per Alex. in dist. §. nuntiatio, nu. 16. & alios nouissimos: tum quia contra communem opinionem modo dictam, quæ indistincte partem negatiuam probauit, tum quia in his, quæ introducta sunt ad rigorem iuris conferendum, vel concernunt formam actus, non repetitur, quod mulieri vel rustico succurratur, vt tenent prædicti Doctores, & diximus supra question. 84. nu. 2. Denique in praxi nunquam vidi peti nec concedi similem restitutionem mulieri nec rustico maioribus 25. annis. Accedit, quod raro aut nunquam contingere possit quod hæc peritior litigantes non possint consulere peritiores, cum vt plurimum & prope semper ipsi in locis iudiciorum demorentur, aut non longe abint.

S Y M M A R I A.

- 1 An si aliqui addatur de nouo articulo vel cap. primo, etiam si videatur idem vel contrarium, possit fieri probatio in alia instantia super eo: & numerus sequentibus quod possit.
- 2 Quando in prima vel altera instantia testes deposuerint, & dixerunt se nescire capitulum super quo fuerint interrogati vel non recordari, bene admittuntur testes super eodem articulo in alia instantia.
- 3 Quando testes in prima instantia non sunt producti vel si producti nil dixerunt super aliquo articulo, poterit, in secunda idem vel directo contrarius reproducere.
- 4 Intellectus legis 4. tit. 9. lib. 4. Noue Collectionis Regie.
- 5 Testes examinari super valore rei, publicati iterum possunt examinari, vt declarent maiorem summam.
- 6 Plures remissiones ad sciendum quando admittuntur alii testes super eisdem articulo.
- 7 Quando testes producendi in prima instantia non erant in ciuitate vel oppido, vel si pars non habebat notitiã

eorum, possunt cum iuramento partis reproducere in secunda instantia super eisdem articulo.

L. 4. tit. 9. lib. 4. Noue Collect. Regie.

QVÆSTIO LXXII.

QUÆRO ꝑ l. 4. tit. 9. lib. 4. Noue Collect. Reg. cauetur, que sobre los mesmos articulos, o derechos de contrarios, sobre quem en la instancia, o instantias passadas, fuero traído, o recibidos testigos, no se pueda hazer ni hazer pronouca por testigos, & c. an si aliquid addatur de nouo c. vel articulo primo, etiam si videatur idem articulo vel contrarium, procedat hac lex. Et videtur, quod non, quia si aliud dicerem, esset vna via admittere, quod alia prohibetur: item daretur locus fraudibus & cautelis, facileque eluderetur decisio huius legis quoniam semper aliquid de nouo eidem articulo vel directo contrario adderetur, vt admittatur. Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod prædicti articulus sic additus sustineatur ratione illius noui, quod superadditur priori, vt vult Robertus Suarez, allegans vsu, versio dico, quod procedit, etiam si non varietur articulus in substantia, variatur tamen modus ad idem tendens & concludens, vt in c. de instantiis, de provisionibus impub. & ibi An. de Bue. ita tenet Socin. in reg. 401. salentia, 20. & ibi in secunda fallencia dicit, quod quando testes deposuerunt, & dixerunt se nescire capitulum, super quo fuerint interrogati, vel non recordari, bene admittuntur testes super eodem articulo, per gloss. in cap. cum causam, §. secundo, de restit. Bald. & Jacob. de Bellis. c. 1. §. 1. per illum text. quid sit inuestit. in vsib. feud. Cum enim testes nihil dixerint nec affirmauerint super articulo de quibus sunt interrogati idem est casus non producerentur, nec interrogati essent, quo casu quamuis in prima instantia, esset positus articulus vel capitulum, & datus terminus cõpctens ad probandum, poterit & in secunda idem vel directo contrarius reproducere vt constat ex nostra l. in verbis sup. relectis. contrario sensu, ibi: Sobre quem en la instancia, o instantias passadas fuero traídos, o recibidos testigos, & iterum ibi, T si ballar a que son sobre articulos que en las dichas instantias fueron traídos, o recibidos testigos, & c. vbi requiritur, quod sint testes producti in prima instantia super aliquo articulo, ad hoc vt idem vel directo contrarius non admittatur in secunda: Igitur si nulli sunt producti vel examinati testes, etiam si articulo sit productus in prima instantia & datus terminus ad probandum poterit & in secunda idem produci, vt super eo testes inducantur, cum esset hoc casu timor subornationis: Et quauis iure communi in hoc puncto maxima sit cõtrohia Doctorum Nam gloss. fin. in leg. per hanc, C. de tempor. app. per tex. ibi hanc nostram sententiam tenuit, quam sequuti sunt Innocent. Salycet. Felin. & alii, vt referet Covarr. in pract. quæst. cap. 18. nu. 6. vers. qua in re, Et ita est receptum secundum Olanum in sua Concordia, in littera T. nu. 21. fol. 141. glo. tamen fin. in cap. inter monasterium, de sententia & re iudic. tenet contrarium, cuius opinio est magis communis, vt referet late examianus Orlanuan. in decis. Pedemont. 14. per totam iure tamen Regio attempto per nostram legem in verb. sup. relectis prior opinio supradicta approbata est, vt prædicti, quam etiam Senatus Pedemont. probauit per dictam legem per hanc vt referet Orlanuan. vbi supra, dicens id restrictum esse ad primam appellationem propter licitum abbreviationem, quandoquidem eodẽ decreto non liceat nisi ex causa, & seruata decreti forma in tertia instantia aliquid deducere, nec producere. Nec contra dictam decisionem Socini in supra dicta secun-

da fallentia obstat hæc eadem consideratio & ponderatio nostre legis supra facta, nempe quod sufficiat productio testium super articulo facta, ad hoc, vt idẽ articulus, nec directo contrariis reproduci non possit in secunda instantia, ergo licet testes dicat se nescire, vel non recordari de iis super quibus interrogantur, non poterit idem articulus nec directo contrariis reproduci in secunda instantia, quandoquidem testes fuerunt iam producti & examinati super eo, si sola productio & examinatio testium sufficit, vt sufficere videtur per nostram legem. Non t̄ obstat inquam consideratio hæc, quoniam verba nostre legis ibi, *Fueron traydos, o recibidos testigos*, debet̄ intelligi cum effectu, nempe quod deposuerint super articulis primæ instantiæ, & sic testimonium suum super eis perhibuerint, quia verba sunt intelligenda cum effectu, vt in l. 7. §. hac verba, cum similib. de negor. gest. cum verò testis productus dicit, se nescire articulum, vel non recordari de contentis in eo, nihil deponit, estque idem ac si productus non fuisset: Quare igitur pars in secunda instantia non prohibebitur eundem articulum reproducere, vt testes eum scientes & recordantes super eo adducatur: accedit præterea, quod hoc casu cessat ratio fundamentalis prohibitionis nostre legis, nempe timor subornationis: quare vera est prædicta limitatio Socini. Sed t̄ idem Socinus ubi supra limitatione 42. limitat simpliciter, quando testes fuerunt examinati super valore rei. Nam publicari iterum possunt examinari, vt delectant maiorem summam, per Doct. Bart. & Angel. in leg. cum fori. ff. de in lit. iur. & Bald. in cap. cum causam, el. segundo de testib.

6 Sed & sunt aliz plures limitationes ad nostram legem receptæ atque vitales in praxi, quas refert Mart. de Afflic. decis. Neapoli. 216. per totam, vltra alias relatas per Socin. ubi supra, & Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. §. 34. per totam & Orlanum. decis. Pedemont. 87. num. 3. ubi limitat regulam in muliere, ecclesia, & minore per vitam restitutionis, & 71. limitat, congerit Anto. Gabriel. lib. 1. commun. opin. conclus. 22. de testib. pag. 54. & sequentibus in magna, inter quas fallentias memoria retinenda est illa quando testes producendi in prima instantia, tunc temporis non erant in ciuitate vel oppido, vel si erant, pars non habebat notitiam eorum: si tunc cum pars eos producit in secunda instantia hoc dicat & iuret, quia hoc casu poterunt produci super eisdem articulis, vt in l. 39. tit. 16. part. 3. & in l. 17. tit. 13. part. 3.

SVM M A R I A.

1. L. 3. tit. 10. lib. 4. Non. Collect. Reg. qua presigitur noua forma procedendi contra absentes in causis criminalibus, est iusta.
2. Pena del desprecz, qua sit: Practicatur communiter, vt sit pena de sententia maraudeis.

L. 3. tit. 10. lib. 4. Noue Collect. Regiz.

QVÆSTIO LXXII.

QVÆRO t̄ primo circa legem 3. tit. 10. lib. 4. Noue Collectionis Regiz, ubi prehgitur noua forma procedendi contra absentes in causis criminalibus, ibi: *Si al primer plazo no pareciere, mandamos que sea condenado en la pena del desprecz*, omiſſa vulgari questione, an hæc lex poterit iuste fieri & condi, quatenus disponit, vt absens possit diffinitiuè condemnari: præterea, quod habeatur pro sufficienti probatione ad condemnationem pœne ordinariæ probatio, que in presenti fuisset ac torturam: quia respondendum est, vtrumque fieri potuisse, vt late deduxit Antonius Gomez in leg. 76. Tauri numero 89. & 10. respondet,

& satisfacit difficultatibus in contrarium adductis, quæ pœna sit hæc del desprecz: Et videtur quod sit, de esno maraudeis al rey, y enco a los Alcaldes, vt in leg. 4. titulo 3. lib. 2. for. & in leg. 9. tit. 2. lib. 3. ordinamentis veter. Nihilominus tamen hodie practicitur communiter, vt sit pœna, de se ieta maraudeis, & alia lex fori, vt referunt nostri Hispani, præcipue Auendanus respons. 15. numer. 6. & Vallalobos in sua Antinomiarum littera A. numer. 14. Monteros, in sua præctica 4. tractat fol. 58. columna secunda & sequentibus, Olanus in sua concordia iuris, littera A. numero 18. & 23. & ita vidi passim practitari.

SVM M A R I A.

1. Pena de omexillo qua sit: quod iure fori Hispanico sit quingentorum solidorum.
2. Iure nouissimo Regio, quo vimum, est de sey scientos maraudeis, ubi est consuetudo.
3. Sententia condemnationis dicti homicidii requiritur, sed non intelligitur de diffinitiva in causa principali, sed de ea que sit respectu dictæ calumnie.
4. Hæc pœna del omexillo in Curia Regali, ad Alguazelos pertinet, & est de mil y dozientos maraudeis.

Eadem l. 3.

QVÆSTIO LXXIII.

QVÆRO t̄ secundo circa eandem legem, ibi: *E si no pareciere, esende acusada la segunda rebeldia si el delio fuere de muerte, o tal porque merezca muerte, sea condenado en la pena del omexillo*, quæ pœna sit hæc del omexillo: Et iure fori Hispanico consuetudinario introductum est, vt homicidium condemnentur in quingentis solidis, quod appellatur calumnia del omexillo vt in leg. 4. tit. 17. lib. 4. fori legum, ibi: *Tomen de sus bienes quinientos sualdos por el omexillo*, Refert Auendanus cap. 18. pratorum, in prima parte n. 5. ubi inquit, quod licet valor horum solidorum sit expressus in l. 11. & in l. 19. tit. 11. lib. 4. ordin. vet. tamen in pœna homicidii mutatus est in tallia, de qua in lege ibi 1. 4. del Styla, ibi: *Trezientos y quarenta maraudeis que han usado lleuan.*

Sed hoc non obstante, pœna homicidii, de qua agimus iure nouissimo Regio, quo vimum in praxi, est de sey scientos maraudeis de la monedada aora, ubi est consuetudo exigendi hanc pœnam, vt expressè cauetur en el aranzel de los derechos de las justicias ordinarias, c. 2. quod est in tit. 16. lib. 4. huius Nouæ Collect. Regiz & ita fe habet, Dez omexillo, en el caso que aquel que fuere condenado, ay, muerto a otro, o ayn de ser condenado a pena de muerte, donde el suex, tuuiere columbre de le lleuar, lleue sey scientos maraudeis, y no mas: si do primeramente inzagado, y no antes: si no mereciere muerte, que no lleue omexillo. Et hoc tenet Auendanus dict. cap. 18. num. 5. & respons. 15. numer. 8. qui dicto numero 5. addit probandam esse etiam consuetudinem, quod tanta quantitas soleat exigi, & quod talis consuetudo & stylus curiæ per eodem tabelliones & procuratores solet probari, ad hoc quando pro crimine homicidii proceditur contra aliquem in absentia, & est contumax, & sit condemnatio dicti homicidii, vt in dicto cap. del aranzel. Eadem proprie omnia refert & tenet Auendanus capi. 15. pratorum, in gloss. omexillos, numero primo, & sequentibus, quæ condemnatio, & sic sententia super prædicta t̄ homicidio non requiritur, nec intelligitur de diffinitiva in causa principali, sed de ea, quæ sit respectu dictæ calumnie, & pœnæ del omexillo, statim post terminum secundi præconi tractatum, & accusata secunda contumacia, iuxta terminos nostre legis vt colligitur ex eadem, & ex dicto cap. 2. del aranzel, & tenent præterea dicti Hispani, in locis supra citatis

4 ratio. Et ita vidi passim practitari, & hæc pœna del omexillo in curia Regali ad alguazelos pertinet Regio vt in leg. 29. titulo. 4. de los alguazelos lib. 1. ordinamentis vt, vt refert Auendanus dict. cap. 18. numer. 6. idem probat l. 16. tit. 23. hoc lib. 4. idem quætuor in aranzel de los derechos que han de lleuar los alguazelos de las Concellerias c. 3. ubi, que lleue el alguazil mil y dozientos, mara medio de la pena del omexillo. Alibi verò seruatur consuetudo cuiuslibet fori, secundam ipsam. Ego vidi iudices ipsos procedentes contra absentes exigere sibi ipsis hanc pœnam, quod & præsupponit Auiles ubi supra, num. 5.

SVM M A R I A.

1. An pœna del omexillo habeat locum contra presentem, qui commisit homicidium vel aliud delictum eadem pœna dignum? Quod non, sed tantum quando proceditur contra absentes, de quibus in hac leg. & seruata eius forma.
2. L. 12. & 13. tit. 23. lib. 8. Nouæ Collectionis Regiz intellectus.
3. Si plures sint culpæ vel perpetratores vnius homicidii, & contra eos procedatur legitime in absentia, seruata forma huius legis, & omnes sunt contumaces, vt in hac leg. quilibet eorum potest condemnari in vno homicidio, & a quolibet ipsorum poterit exigi dicta calumnia.

Eadem l. 3.

QVÆSTIO LXXIII.

QVÆRO t̄ tertio circa eandem legem an hæc pœna del omexillo habeat locum contra presentem, qui commisit homicidium vel aliud delictum eadem pœna dignum? Et facit questionem Montaluis in dict. leg. 4. titulo. de los omexillos, lib. 4. fori in gloss. vno omexillo; dum intelligit dictam legem fori probantem, quod plures occisores non tenentur soluere nisi vnum homicidium, quando omnes citati super homicidio sunt presentes & condemnati iuxta leg. 69. Styl: Inuit igitur ipse Montaluis committentes homicidium etiam si sint presentes, teneri soluere hanc pœnam. Secundo, pro eadem parte facit leg. 12. & 13. tit. 23. lib. 8. Nouæ Collectionis Regiz, ubi pro homicidio casuali imponitur hæc pœna sive calumnia del omexillo, nulla facta distinctione absentiz vel presentiz: sed nihilominus contrarium est tenendum, imo quod hæc pœna del omexillo de qua loquitur nostra lex tantum sit exigenda a iudicibus, quando procedunt contra absentes pro delictis, de quibus in hac eadem lege & seruata omnino forma ipsius in modo procedendi: alias enim ipsa non seruatur vel si procedatur ex prædictis delictis contra presentes, pœna hæc del omexillo non debetur, nec exigenda erit vilo modo: quod si contra fiat, erit restituenda, ad idque tenebitur indebite exigens in iustitia & conscientia, vt constat manifestissime ex nostra lege quæ tantum loquitur, quando proceditur contra absentes propter secundam contumaciam ipsorum & contentum iudicis eos vocantis, & sic sua culpa: & in hoc casu est intelligendum procedere prædictum caput secund. del aranzel: ad hoc allegat Auendanus leg. 9. tit. 2. lib. 3. ordin. quæ id non probat, saltem expressè, melius tamen probatur in l. 12. titulo 35. lib. 8. ordinamentis veter. que hodie est lex 10. tit. 21. lib. 8. Nouæ Collectionis Regiz, & ita materiam hanc interpretantur ceteri prædicti Hispani, quibus assentio in hoc contra Montaluis. Nec obstant dict. leg. 12. & 13. tit. 23. lib. 8. quia quamuis ipse de t̄ pœna homicidii loquantur, procedunt tamen in casu pat-

ticulari nempe homicidii casualis, quo cum nulla pœna imponatur, quia deficit animus occidendi, merito quod propter occasionem & opem; quam delinquentes dabant rei illicitæ aliqua pœna plectantur, etiam contra ipsos presentes procedatur; & hæc appellatur del omexillo, quia homicidium fuit sequutum, non tamen est eadem, de qua loquitur in presenti, quia agimus de delicto homicidii, vel quod pœnam mortis meretur, scienter commissi, in quo vltra pœnam ordinariam delicti propter secundam contumaciam & inobedientiam, atque iudicis contemptum imponitur, vt prædixi a lege hæc pœna del omexillo, quæ & origine, & causa differt ab illa, de qua in dictis legibus duodec. m. & decim. tert. vt ex fine earum constat.

Ex t̄ quibus infero, quod si plures fuerint culpæ, vel perpetratores vnius homicidii, & contra eos procedatur legitime in absentia seruata forma huius legis, sintque contumaces, vt in hac leg. quilibet eorum poterit condemnari in vno homicidio, & a quolibet ipsorum poterit exigi prædicta calumnia & pœna homicidii: de sey scientos maraudeis, licet vnum tantum homicidium sit commissum per omnes, quoniam cum hæc pœna ratione contumaciæ & contentus iudicis & pro homicidio debeatur, & quilibet ipsorum sit contumax, iudicemque contemnerit, & commiserit prædictum homicidium, merito quod prædicta pœna plectatur, vt tenet Montal. ubi supra, & sequitur Auiles etiam ubi supra, num. 34. per l. 69. Styl, quæ sic practicitur secundum ipsius sequitur nouissime Doct. Suarez de Paz. in sua praxi cap. 4. quinta parte, l. tom. num. 10.

SVM M A R I A.

1. Condemnatus in absentia, & captus inuitus post annum, an audiatur volens probare suam innocentiam: quod audiatur, tam quoad pœnas corporales, quam pecuniarias.
2. Iudices criminales Regia Curia Pinciana solent audire reos presentantes se post lapsum anni pronuntiationis sententia, etiam super pecuniariis, non solum corporalibus, si sententia prædicta nondum executioni mandata est.
3. Reus contra quem est processum in absentia pro aliquo crimine, siue se presentet siue inuitus captiatur, volens audiri, debet ante omnia pœnæ expensas.

Eadem l. 3. in 2. parte.

QVÆSTIO LXXV.

QVÆRO t̄ præterea circa secundam partem huius legis Regiz, quæ est ibi: *Pero mandamos que se el que assi fuere acusado y llamado, se viniere a presentiar, & si quid si absens post sententiam diffinitiuam latam contra ipsum, iuxta formam huius legis, intra annum tamen pronuntiationis ipsius sententia caput sit inuitus, an audiri debeat volens probare suam innocentiam, vt absolatur a pœna pecuniaria.* Nam circa corporales, etiam transacto anno audiri debet, siue volens se presentet, siue inuitus captiatur. Idem erit circa pecuniarias, etiam intra annum latæ sententiz se presentet: nos verò nunc agimus, quando non se presentauit, sed inuitus fuit captus intra annum pronuntiationis sententiz, an tunc audiatur super pœnis pecuniariis: Et non audit tenuit perdoctus ac practicus Auendanus responsione decima quinta ex originali antiquo huius legis ibi: *E si despus de la sententia diffinitiuam fuere preso, iuncto ibi quanto a los dichos bienes la sententia se execute como en ella se contiene.* Idem videtur tenere Monteros. in sua practica in quarto tractatu, fol. 58. col. 2. & sequens.

Sed profecto hæc sententia nimis rigida videtur & minime tenenda, nec practicanda, sed potius contraria, etiam attendita litera supradicta, cum si tota ipsius l. rectè consideretur contextura atque mens, sententia contra absentem lata respectu bonorum, non transeat in rem iudicatum, nisi post annum à tempore pronuntiationis ipsius sententia: conuincendum eadem absentia durante per dictum annum, idque in litera noua nostræ l. expressius cauetur circa finem, ibi: Mandamos que dentro del dicho año no se puedan executar las dichas penas pecuniarias, o de bienes. Si ergo ante capiatur delinquens, quamuis inuitus, iam incipit esse præsens ante lapsum prædicti anni, sicque interrumpitur eiusdem l. tempus, ac per consequens audiiri debet reus condemnatus etiam respectu bonorum, sicut audiendus esset vltro se præsentans intra prædictum annum, quia non ita consideratur voluntas, vel noluntas ipsius rei, quam factum ipsum, hoc est, præsentia ipsius, quod hodie apertissime in dicta litera declaratur, ibi: Y que si despues de dada la sententia, dentro de un año primero siguiente, que se cuente desde el dia de la data de la sententia en rebeldia, el acusado se presentare à la cárcel, o fuere preso, que assi me lo sea oydo, assi en quanto à las penas corporales, como en quanto à las pecuniarias. Nullus igitur iam remanebit dubitandi locus.

Solent etiam iudices criminales Regiæ Curie Pincianæ audire reos præsentates de post lapsum anni pronuntiationis dictæ sententia, etiam super pœnis pecuniariis, non solum corporalibus, si sententia prædicta nondum executio in mandata est, & sua sententia eos condemnare in eo, quod iustum fuerit, audiendos eos de nouo, teste Monterrolo, ubi supra, quod an iuste facere possint, dubito.

Ex supradictis etiam conuincitur error asserentium, quod quando reus capitur inuitus, non debet purgare expensas, si velit audiri, cum eadem l. Regia id tantum exigat in illo, qui se præsentat, secus in capto inuito: hæc namque consideratio inanis est, cum hoc casu solum sit attendenda absentia & contumacia rei, propter quam nunc præsens audiri volens, purgare debet expensas propter suam contumaciam factas, non verò quod ipse se præsentauerit, nec quod inuitus captus sit, præmaxime cum si aliud diceremus, deterioris conditionis esset in proposito voluntarie se producus iudici, quam captus inuitus, quod esset absurdum: hocque etiam hodie in litera nostræ l. explanatum est in verbis supra proxime relatis, ibi: Ofuere preso, iuncto versicul. que pagando, como dicho es, las costas y despues, y omezillos, sea oydo de nuevo, &c.

S Y M M A R I A.

- 1 Forma posita à l. Regia procedendi contra delinquentes absentes, procedat etiam contra minores.
2 Errare grauius indices, qui absentes delinquentes grauius condemnant, quam sua delicta exposcant.
3 Tyrannice agere indices, qui cum delinquentem principalem alicuius grauis flagitii capere non possunt, eos qui minima delicti occasione dederint, morte, quam non merebantur punire non veniunt.
4 Perperam faciunt indices, qui absentes pœna ordinaria delictis condemnant ex sola fuga absque alia probatione vel iudicio sufficientibus ad torturam.
5 Iudex quid debeat facere deficiente probatione sufficiente ad torturam contra absentem.
6 Innocentia rei, quamuis absentis, querenda & inuestiganda est, & in. 8. declaratur.

7 Iudex, conclusa causa si inueniat reum absentem innocentem, debet eum diffinitiuè absoluerè.

Eadem l. 3.

Q V Æ S T I O LXXXVI.

Q V Æ R O etiam circa eandem l. an, ipsi que forma habeat locum, sitque seruanda contra minores 25. ann. delinquentes absentes? Et videtur quod non, sicque processus contra eos in absentia factus sit nullus ex defectu personæ, cum non possit minor esse in iudicio agendo, nec defendendo in ciuilibus, nec in criminalibus sine curatore, vt in l. clarum, C. de auctor. prestan. cum similibus præmaxime cum l. hæc expresse non loquatur contra minores, quare videtur casus omissus remanere in dispositione iuris communis, argument. leg. commodissime, ff. de liber. & postum.

Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imò quod hæc l. procedat & probanda sit etiam contra minores dictæ ætatis delinquentes absentes, & valeat condemnatio curatore minime dato, seruata tamen forma in reliquis huius l. quia præter contumaciam, quæ de per se etiam est delictum, vt in l. confentaneum, C. quando & quando iudic. debet interuenire alia probatio delicti, de qua in hac l. & sic minores, quia commiserunt delictum in faciendo & sunt in dolo, non inuuantur, nec restituntur, vt in l. C. si aduers. delicti, & ibi Doll. & in l. auxilium, versicul. in delictis, ff. de minor. Et in terminis hæc nostram sententiam probant Baldus & Paulus in l. cum & minores, C. si aduers. rem iudic. idem Baldus in l. vic. versicul. iuxta hoc quarto, C. de confess. Montal. in l. 7. titulo undecimo, libro 1. fori, in gloss. penultim. colum. in versicul. sed iuxta hoc quartum, Anton. Gom. in leg. 76. Tauri, numer. 8. dicens, quod in summa ista est vera resolutio dictæ pragmaticæ, quæ quotidie in isto Regno practicatur, sequitur etiam Amandanus respons. 15. numero nono. Et idem sentit Ioann. Baptist. Villalob. in sua Antinoma. iur. litera A. numero septimo.

Vltimò aduerto circa eandem l. grauius errare iudices, qui aduersus absentes grauiores pœnas in suis sententiis diffinitiuè profertunt, quam delicta propria exposcant, existimantes, id ratione absentia atque contumaciae propriae licere, hocque quærit colore pœnam mortis, vel alias immoderatas infligunt reis absentibus, eo tantum quod sint absentes & contumaces, licet sua crimina, vt prædixi, eas minime promerentur.

Quinimo et ex eadem radice conuincitur, quosdam iudices tyrannice agere, qui cum scelustum alicum hominem, alicuius grauis flagitii patratorem, capere non possunt ad mortem, alios qui minima delicti occasione dederunt, morte quam non merebantur, punire non veniunt, vt vel hac via se aliis terribilibus faciant, vt existimant doctiss. Frater Alfonso, à Castro, libro primo, de lege pœnal. cap. 6. pagina mibi 180. ad med. in magna.

Sicut etiam perperam faciunt iudices, qui absentes in pœnam ordinariam delicti condemnant ex sola fuga, absque alia probatione vel iudicio sufficientibus ad torturam, prout requirit nostra l. Vtroque enim casu peccant mortaliter, quoniam faciunt iniusticiam iudices, excedentes tenorem, formam, & metam huius l. que nullam dat eiusdem facultatem, dum procedunt contra absentem ad augendam pœnam, nec alteram ipsi reis imponendam, quam condignam pro delictis ab eis commissis, & seruata forma ipsius: quæ tantum

S Y M M A R I A.

- 1 Pœna l. si quis in tantum, C. unde vi, cum similibus, in praxi an sit seruanda, & ne sequenti ibi ubi fundatur pars affirmatiua.
2 Leges iuris comitibus & Regii, semper sunt in vitiis obseruanda.
3 Rigor bonarum legum maxime necessarius est in Republica Christiana, propter immanitatem criminis.
4 Sed nihilominus communi totius Christiani orbis vsu & praxi antiquatam est, & inuasor puniatur a bitrio iudicantis.

L. i. titul. 13. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

Q V Æ S T I O LXXXVII.

Q V Æ R O etiam circa l. i. titul. 13. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ, quæ consonat cum l. si quis in tantum, C. unde vi, (omissis plurimis aliis questionibus, quoniam per gl. & scribentes communiter examinatur in proprio loco & nouissime accuratius per Menochium in nota, rem d. o. possessore recuperandi, quod constituit ex dict. l. si quis in tantum, an pœna & rigor huius l. Regiæ, & sentium in praxi sit obseruandus, nec ne: Et pars affirmatiua videtur esse absque dubio vera, cum fuit iuris communis & Regii, quæ semper sunt in vitiis obseruanda, vt in l. Arriam, C. de heret. & Mattheas, ibi: Semper videri obseruantia valitura, adeo vt etiam per mille annos per non vltum non tollatur lex secundum Kochum de Cur. de consuetudine, vltima sectione, numer. 76. Leges præterea Regiæ præcipiuntur custodiri in decisionibus causillarum à l. Tauri: Præmaxime cū nostra l. sit posita in Noua Collect. Reg. huius Regni: quare custodienda est, vt in princip. ipsius Coll. Regiæ cauetur, nec enim si cōtrario vsu abrogata esset, nuper adiceretur in præfata Noua Collectione legum obseruandarum huius Regni, cum ibi tantum ponatur l. custodienda. Secundo, quæ rigor harum legum maxime necessarius est in Republica Christiana, propter immanitatem criminis: alia enim tota Republica collaberetur, atque debita tranquillitate caretet, quotidie enim quilibet res ab aliis possessis violenter occuparetur, hinc seditiones, rixæ, scandala, homicidia, & alia mala similia orientur, ob que vltima iustissime ita seuerè puniunt per nostram legem & similes inuasor propria auctoritate res ab altero detentas violenter occupans: quibus & aliis rationibus hanc partem sustinet Doctor Didacus Perez in lege seruanda, titulo decimo quarto, libro tertio, ordinament. columna 125. & sequentibus, dicens se nescire, quo spiritu dici possit, quod hæc leges sint antiquata, & quod ipse inuasorem præ manibus habuisset delicti ac violentia qualitate attenda, non solum pœna huius l. sed forte acriori ac arbitrio boni viri illum afficeret.

Sed nihilominus rigorem dictæ l. si quis in tantum & similitum, esse antiquatum, videtur decidere Speculat. in titul. de restitutione spoliatorum, §. versicul. item quidam dicunt, numer. 9. & non seruari in Regno Franciæ: affirmat expressius Guilielmus Benedictus in cap. Raynuus, verbo, si absque liberis moreretur, el segundo de legat. & fideicommissis, numero 145. de testamentis, & eum referens Doctor Onarruius lib. 3. variarum resolutionum, cap. 16. num. 7. dicens, obseruandum esse harum legum & similitum rigorem comuni totius Christiani orbis vsu & praxi antiquatum esse. Idem tenet cum Rebuff. quem refert Ignatius, Salcedo in annotatione ad regulam 407. Bernardus Diaz, limitatione septi-

ma, idem refert Olanus in suo Epilogo legum Partitarum correctarum, n. 96. & Jo. Prob. ad Jo. Monac. in e. cum qui, nume. de prebendis in 6. & vix in praxi obtinebit pena dicti. l. si quis in tantum, & affirmat in prima parte de iuramento confitatorio, capitulo decimo sexto, n. 35. in fine. Et inquit Ioannes Matienco in l. 1. titul. 17. lib. 5. Nona Collectio. Regia gloss. 4. numero quarto, semper vidisse praticari, vt ea pena priuationis iuris sui non sit in vfu, sed punitur inuafor iudicantium ab initio in Regiis pratorij, quicquid in contrarium attelleretur Didacus Perez in s. ra, & nouissime testatur Ioan. Gracian. Consilij Ordinum caularum expofitor, in regul. 49. n. 11. nunquam vidisse hoc praticari, nec vfu receptum fuisse. Ipse vero, quamuis priuilegia duodecim annos in foren. causis atque negotijs, tanquam patronus ipsarum fuerim vfatus, nunquam tamen vixi praticari rigorem predictarum legum, nec si iudex elfem, praticarem, ob predictum non vsum generalem eisdem, cu' fat fit extraordinarie alias, punire huiusmodi delinquentes, partibus laeis iustitiam ministrando super suo interefse. Nec obstat primum fundamentum contrariae partis, quia potest dici harum legum vsum, respectu predicti rigoris ita ad vnguem obferuandi, prout in eis continetur, minime vnguem fuisse admissum, nec receptum in praxi, prout iure requiritur ad hoc, vt lex valeat, iuxta textum in cap. erit autem lex in versis. in h. 4. distinctione, sed potius contrarium hoc sensu, vt arbitrarie puniatur huiusmodi inuafor: quo temperamento recepta sunt & vlu intercepta dicta l. Non etiam obeft secundum fundamentum: quoniam illud iam cessat, puniendo reos huiusmodi criminis extra ordinem, attenda qualitate delicti & violentiae, & ceteris, de quibus in l. respiciendum ff. de pomic. In spiritualibus tamen & beneficialibus, pena haec amissionis iuris adhuc est in viridi obferuantia, vt ex alio refert nouissime Sanchez in hac l. i. numer. 88.

SVMARIA

- 1 Appellatio spoliaty ad Concilium ciuitatis vel ville, an requiratur ad hoc, vt ipsium Concilium pofit post triduum eum restitueret quod non.
- 2 Item seruandum est in casu l. in vers. y nos proveyendo. tit. 13. lib. 4. Nou. Collec. Regy.

L. 2. titul. 13. lib. 4. Nou. Collec. Regiz.

QVÆSTIO LXXVIII.

QVÆRO I. an in casu l. 2. titul. 13. libro 4. Noua Collectio. Regia, ibi Testamento que los restituyã los oficiales de Concejo, an in casu huius l. ad h. e, vt Concilium ciuitatis vel ville, pofit post triduum restitueret spoliatum a iudice vel pratore, sin aueo fido primo llamado, ordo, y vendido por derecho, vel aliterus Regia prouisionis, sine auctoria late, requiratur appellatio ipsius spoliaty ad Concilium, imo vt alias absque appellatione Concilium hoc facere non possit, vel an ea necessaria non sit: Et videtur appellationem requiri: nam Concilium ciuitatis vel ville non habet vllam iurisdictionem ordinariam in prima instantia, sed demum in secunda: idq; in causis valoris decem millium dpondiorum, & infra, & non vltra, & intra certum terminum, vt in l. 7. titulo decimo octauo, infra hoc libro quarto quæ multis annis cõdita fuit post nostram l. secundam huius tituli decimi tertij, de qua noue agimus: Ergo hæc per illam declaranda & supplicanda est: Nihilominus absque dubio tenendum est contrarium, imo quod in casu huius l. 2. non fit necessaria vlla appellatio, sed sit casus specialis in odium

violentiæ, quoties iudices ordinarij requisiti non restituerint spoliaty possessionem suam intra triduum, vt ipsa vnuerfity adiri possit per viam simplicis querelæ, pro restituitone ipsi facienda, Conciliumque hoc casu nominabit aliquos officiales eiusdem, qui nomine ipsius Concilij restituant spoliatos, iuxta formam & tenorem huius l. in subfidijs, quoties iudices ordinarij dicit. ciuitatis vel oppidi requisiti hoc facere neglexerint intra triduum, vt voluit Petrus Auendanus libro primo, de exsequenda mandatis regum capitulo primo, numero trigesimo primo, quamuis ipse hanc nostram quaestionem in his terminis appellationis minime tetigerit. Nec obstat dicta l. 7. in contrarium adducta, quoniam loquitur & procedit regulariter ac generaliter: nostra vero l. 2. in casu specialis supradicto, cui non derogatur per genus, argumento regulæ iuris, generi per speciem, &c. cum similibus. Ex quo fit inferitur idem esse seruandum in casu l. 5. infra eodem in versulo X nos proveyendo, & ibi: Ordenamos y mandamos a los Concejos, y iusticias de los lugares donde esto acaciere que luego restituyan y hagan restituyr a los tales despojados, &c. nempe quod non fit necessaria appellatio in casu illius l. ad hoc vt Concilia possint restituere spoliatos, præmaxime cum non loquatur ibi in spoliaty a iudice, sed a priuato propria auctoritate.

SVMARIA

- 1 Filius vel alius heres ex testamento, vel ab intestato, si refta via bona ad se perueniant, possit propria auctoritate ea occupare, dummodo ab alio non sint possessa.
- 2 Filius absens, tempore mortis patris reuerfus, inueniens patrem possidere, potest propria auctoritate ingredi possessionem bonorum patris.

L. 3. titul. 13. lib. 4. Nou. Collec. Regiz.

QVÆSTIO LXXIX.

QVÆRO I. circa l. 3. titulo 13. libro quarto Noua Collectio. Regia, quæ est, ley a Soria, vulgo nuncupata, agentem de remedio exsequutionis competenti heredibus in testamento scriptis, vel alias venientibus ab intestato, circa missionem in possessionem bonorum defuncti, fit an filius vel alius heres in testamento scriptus, vel legitimus ab intestato successor, qui propria auctoritate intrat bona iacentia ab alio non possessa, incidat in penam huius leg. vel an id impune facere possit: Et videtur incidere ex hac l. in secunda parte, vbi præcipitur, quod iudex mittat in possessionem defitorum bonorum summarie predictos heredes: ergo ipsi eam propria auctoritate accipere non possunt: sed contrarium esse tenendum, imo quod si recta via ex testamento vel ab intestato ea bona re vera ad se pertinent, competat sibi facultas occupandi propria auctoritate, dum tamen ab alio non possessa, vt tenet Bald. in authentica leucania, numero tertio, ad finem, C. de Episcopis & clericis, & in l. si quis presbyter, numero tertio, versicul. demum quarto, C. eodem titulo, Innocent. columna tertia, in versicul. vltimo quarto, & Anton. de Butris in capit. eum in officio, de testam. tradunt Doctor in l. fin. C. de edict. diu. Adriani tollend. Didac. Perez in l. 1. titul. 14. libro tertio ordinament. column. 1251. gl. 31. tenui ipse in mea repetitione § sui, numer. 75. restitutus de heredit. qualis, & diff. vbi additi l. 2. ad finem, titulo septimo libro tertio fori, pro hac opinione: imo sit tempore mortis patris vnus filius est absens, & reuerfus inueniat

beniat fratrem possidere, poterit ipse propria auctoritate ingredi possessionem, vt in l. 8. ut. de las herencias lib. 3. fori, quam late legit & interpretatus est Rodericus Suarez, vt result quoque vbi supra, bene inferens in praxi numer. 76.

SVMARIA

- 1 Testamentum an habeat exsecutionem paratam pro legato vel fideicommissis particularibus: late examinatur, & resolutur negatiue, nisi præcepto iudicis de soluendo præcedente & recognitione, hoc est, confessione ipsius.
- 2 Idem est, si omitatur predicta confessio, non tamen dubitatur de virtute testamenti: nec ipsum negatur, nec de solo arguitur, & præcessit præceptum de soluendo, herede que nullam rationabilem causam alleget non soluendi.
- 3 Testamentum habet paratam exsecutionem pro legato corporis hereditarij vel speciei, vel quantitate ad pias causas, & n. 4.
- 4 An idem sit hodie in quocunque legato ad non pias causas factis: quod non.

Eadem l. 3.

QVÆSTIO LXXX.

QVÆRO I. secundo circa eandem, l. tertij, an sicut heredibus in testamento scriptis competet remedium exsequutionis, vt mittantur in possessionem verum hereditarium, ita etiam testamentum habeat exsecutionem paratam in fauorem legatarij vel fideicommissarij particularis: Et videtur quod sic, per text. in authentica de hereditibus & Falcid. § illud, collatione prima, i. i. glo. verbo, decreto, vbi notat Angel. quod quando petitur legatum vel fideicommissum virtute testamenti, non est necesse petere heredem condemnari, sed tantummodo quod fiat sibi præceptum de soluendo, dicens hoc esse speciale in legatis & fideicommissis, quæ ex testamento penantur: præcedente ergo præcepto de soluendo intra certum terminum, & illo transacto sine solutione poterit peti exsequitio pro quantitate legata, vel fiet missio in possessionem speciei legata, vt in specie per dict. § illud, i. i. glo. dicens ad hoc notabile, & alibi in specie non inueniti, tenet post Alexand. numero tertio, in numero sexto, in l. 1. C. de edict. diu. Adriani tollend. vbi Decius, numero decimo sexto, refert alios eandem opinionem tenentes: sequitur idem Iason in l. qua legato, numero quinto, ff. de legatis 1. vbi dicit, quod sequuntur Moderni in dict. l. fin. sequitur etiam alios allegans Petrus Duennas in regula 15. limit. secunda, Celsus in transitu consil. 50. numero sexto. Sed & sunt huius opinionis alij sequaces congelti per Aulæ capit. io prætorum, in gloss. execution. numero octauo, Anton. Padilla in authentica, hoc amplius, numero vigesimo quinto, C. de fideicommissis, in effectu eandem sententiam videtur probare Boer. decisione 295. num. duodecimo, in sua distinctione, dicens cum Gulielmo Benedicto, quem refert, quod aut agitur in ordinaria vna trium actionum, personali, reali vel hypothecaria pro legato & fideicommissio petentium, vt in l. 1. C. communia de legatis, & tunc legata & fideicommissa paratam non habent exsecutionem, imo est lis contestanda: aut agitur via exsequitua, & scilicet, per viam monitionis henda heredi, vel per viam præcepti de legato soluendo, & de implendo in testamentum contenta, quo casu si heres fe opponat, audiendus est: si iustas allegauerit causas ad illa non teneri, & si nihil alleget, vno testamento nonrafo, vitiatio, nec cancellatio, condemnabitur per iudicem: Estque pro

hac opinione, l. final. versicul. fin. titulo nono part. 6. dicens: Et los pleyos de las mandas deuõ los vizcadores, ante quien viniereõ libranõs de rechenante, & fin alongamiento, & fin efcavina alguna Et ita eandem opinionem, quod legatum habeat executionem paratam, tenet Didacus Perez in dict. l. i. titul. 14. lib. 6. quinto, ordinam. folio 249. columna secunda, vbi quod de hlylo seruatur hæc sententia in omnibus auditorijs. Eandem sequitur, & late probat, & iuxta eam pronuntiauit Ioseph Ludouic. decisione 23. Perusina, 5. cum sequentibus, licet n. 19. fateatur remedium, l. final. C. de edict. diu. Adriani, tollend. non competere legatario secundum communem ibidem. Nihilominus tamen eodem competere dicit remedium exequituum, de quo in dict. § illud, & nouissime post huius operis primam editionem prædictam sententiam Gulielmo Benedicto & Boccius sequitur Parador. libro secundo, verum quorid. cap. 1. § 9. n. 4. dicens: Illi fori consuetudinem consentire se sciret: sed primum fundamentum huius opinionis supra dict. § illud, i. i. glo. verbo, decreto, minime firmum est, quia ibi non agitur de via exsequitua competenti pro legato, sed loquitur text. ille, cum gloss. quoad præceptum iudicis habens vim monitionis factæ heredi, ad effectum quod heres intra annum non implens voluntatem defuncti à tempore monitionis huius præcepti facti sibi à iudice de soluendis legatis, incurrat penam priuationis: de qua in dict. authentica, hoc amplius, vt libera text. decantat, quæ est huiusmodi: In iurium autem anno damus, sicut prius iam diximus ab admonitione extra iudiciali, decreto facta. Inquit gloss. decreto, per quandam interlocutoriam, quod præcipiat, vt solvatur, vel per iudicem vel per nuntium: quo igitur pacto potuerunt Doct. præfati elicere ex illo text. testamentum habere paratam exsequitioem pro legatis & fideicommissis particularibus præcedente præcepto de soluendo, cum imo ibi potius detur annus ad soluenda legata à tempore decreti, siue præcepti de soluendo facti à iudice? Si datur annus, ergo non est via exsequitua idque clarius liquet ex §. si quis autem non implens, vbi ex decreto iudicis admonitos annum totum pro satisfactione, non agens hoc quod præceptum est, & ibi gloss. decreto, ad quem text. se refert dict. § illud, in eodem corpore.

Nec etiam obeft dicta l. Regia in verbis supra relatis, quia non ideo impartitur legatorum exactionis paratam exsequitioem, sed iubet, vt sine dilutione illa per soluantur. Curabit itaque iudex, quantum fieri poterit, dilutiones abbreviare. Quare pro contraria parte, imo quod testamentum pro legatis nec fideicommissis habeat paratam executionem, sed quod via ordinaria agendum sit pro ipsis & sic requiratur conclusio & sententia diffinitiuæ condemnatoriarie, solet allegari text. in l. i. prator. §. si iudex. ff. de v. iudic. vbi agebatur super testamento, & tamen requirit ibi text. sententiam condemnatoriam cõtra heredem, vt restituar fideicommissum alteri relicto: quamuis possit responderi duplicem viam competere legatario, ad consequendum legatum ordinariam, scilicet, de qua loquitur dictus §. si iudex. item & exsequituum, de qua in dicto §. illud, sed & adhuc pro hac secunda opinione facit, quoniam l. finalis, C. de edict. diu. Adriani tollend. & l. Regia 2. titulo decimo quarto, part. 6. eam ea concordans, item & nostra lex de Soria solis heredibus inflatus hoc remedium exsequituum concessit, vt ipsi summarie in possessionem bonorum hereditatis mitterentur, & hoc fauore testatoris, vt esset qui citius volentem ipsius adimpleret: Legatarij igitur, nec fideicommissarij illud concessum minime reperitur, nec est lex, quæ hoc dicat: vnde idem Angel. in l. cum antea, Codic. de arbitry

dicat, nullum aliam scripturam habere viam exsequi-
tiam, etiam si sit testamentaria. Tertio pro eadē sen-
tentia adduco bonum text. in l. si domus, §. in pecunia, ff.
de legat. l. ubi inquit text. pecunia legata confitēti heredis
modicum tempus ad solutionem dādum est, nec
vigens ad suspēndium iudicium: quod quidem
tempus ex bono & aequo proutem obseruare oportet
bit: Confessio igitur heredis requiritur ad præceptum
iudicis de soluendo, ad hoc vt exsequiō locum habeat
pro legatis vel fidei commillis: Et in terminis ita
tenet Baldus in dicta authentica, hoc amplius, secunda
oppositio numer. 3. ubi vult, quod si heres confitetur de
plano testamentum fieri et in illis, siue præceptum, vt
solvat legatum vel fidei commillum, & tunc habeat
exsequiōnem paratam, & sit præceptum, secundum
2 dispositionem l. si debitor, ff. de iud. alia s. si heres non
confitetur de plano, & est disceptatio iudicialis, erit nec-
cessaria sententia pro exsequiōne legati: & sequitur
hanc sententiam Paulus de Castro in authentica ex causis,
num. 13. C. de lib. præ. vel exhered. Alexand. in l. si cum
dotem, §. ea autem tempore, num. 6. ff. soluto matrimonio,
Decius in l. fin. numero 16. C. de edict. diui. Adriani tol-
land. Rodricus Suarez in l. post rem iudicatam, in 3. no-
tab. versul. secus casu, ff. de re iudic. ad quem se refert
Gregorius Lopez in dicta l. final. gloss. fin. eandem tenentiam
probat Anton. Gomez in l. 45. Tauri, numero
137 eam quoque sequi videtur Auiles ubi supra, cā testatur
communem plures referens Doctōr Peralta in
l. n. 8. ff. de legat. 2. eandem qui eam probat: hanc etiam
sequitur nonnulli referens ex supradictis Doctōr ibi.
Antonius de Padilla in dicta authentica, hoc amplius, num-
ero vltimo quinto, dicens secundum eam non semel
prontialiter, sequitur Quemada, qua. 9. ff. scilicet, & no-
uissimè hanc opinionem esse in praxi recepram præce-
dente confessione heredis, & præcepto de soluendo,
vt virtute illius præcepti & confessionis in iudicio factæ
executio fiat, testatur Doctōr Paz in sua praxi, 4.
parte, l. 10. cap. 1. num. 19. & 20. & ante eum supradic-
tam distinctionem & concordiam tenet Doctōr Di-
dac. Perez in l. 1. tit. 2. libro 3. ordinam. fol. 91. & Bec-
cius consil. 17. num. 6. & l. 1. a. dicens communem, &
Doctōr Azeued. in l. 1. num. 20. tit. 2. lib. 4. huius Regni
Castell. Reg.

Quod si roges, ad quid, quæso, requiritur confessio, siue
cognitio heredis, cum testimonio sibi factum & receptum
a tabellione publico: Respondebo esse adhuc hoc casu
necessariam prædictam heredis confessionem, vt lega-
tum mandetur exsequiōni, non inquam, vt legatum,
sed tanquam confessio iudicialis, iuxta l. vnicam, iuncta
gl. magna post princip. C. de confis. qua confessione, siue
repositioe precedente, decisio hac communis
est expedita & absolute dubio, vt in dicta l. vnicam, & in l.
fin. de ad. ad. ann. 1334. Sed si omittetur prædicta
confessio, non tamen dabitur de viribus testamēti,
nec ipsū, testamentum vel codicillis, in quo
legata vel fidei commissa continentur, negatur, nec de
falso arguitur, & præcedat præceptū de soluendo, he-
retque nullam rationabilem causam non soluendi al-
leges, non video cur & in hoc casu via summaria pro-
cedendum non sit, nec admittenda appellatio: erit aut
huiusmodi præcepto de soluendo, quando heres nul-
lam rationabilem in contrarium allegauerit causam,
vt prædixi: quia in notoriis nō admittitur appellatio:
alias, si illam, hoc est, rationabilem proferuerit. audi-
endus erit, vt recte meo iudicio existimatur Guiliel-
mus Benedict. & Boer ubi supra, & Beccius, dict. nume-
ro 7. quo casu admittenda erit appellatio ad prædicto
præcepto.

Supradicta communis sententia aduersus Angel. in
priori loco, vt legatum particulare, quantumcumque

purum & liquidum, nisi prædicta forma seruata, non
habeat paratam exsequiōnem limitatur, vt procedat
ubi est legata quantitas, genus vel species aliena vel
propria, ad non pius causas: secus ubi esset legatum
corpus hereditarium, vel species ad pius causas. secun-
dum Bald. in l. fin. col. 4. vers. si, cum nota hic meliorem
tex. numer. 12. C. de codicil. quia cum hoc casu legatum
non requirat editionem hereditatis, & sic non fit opus
actione ordinaria ex testamēto sed officio iudicis sex-
sequatur vel petatur, vt in l. hereditas, ad fin. ff. de petit.
heredit. merito tale legatum mandabitur executioni,
quem refert & sequitur Doctōr Peralta ubi supra, ubi
pari ratione dicit posse attentari per l. 1. tit. de los testa-
mentos, libro quinto ordinam. regulariter in omni
legato corporis hereditarij, etiā relicti ad nō pius caus-
as, vt indistincte possit legatarius hodie petere le mi-
riti in possessionem cuiuscumque talis legati sibi relicti
in specie, vel corpore hereditario. Imo fortius secun-
dum ipsum videtur hodie idem tenendum in qua-cun-
que re per testatorem legata, quæ esset propria ipsius
licet non esset corpus, sed quantitas vel esset rebus,
quæ seruando seruari non possunt, dum tamen refer-
riatur in patrimonio ipsius, prout videtur vellē Bal-
dus consilio 209, ad finem volum. in quarto, ex ratione ge-
nerali Baldi in dicta l. final. Et secundum hoc decisio
prædicta Angeli potest hodie procedere & prædicari:
sed si dubitetur, contra quem faciēda sit executio
hoc casu: respondeo assignandum esse terminum he-
redij ad adendum vel omittendam hereditatem, iux-
ta l. quando usq. vltima, cum materia, ff. de acquirenda
hereditate quo non adente intra terminum sibi præ-
fixum, dabitur curator hereditarij iacenti, cōtra quem
agetur ad exsequiōnem, & citabitur ad vltimam pi-
gnorum venditionem, quæ vulgo dicitur para remate,
vt procedatur vsq; ad actuale missionem in posses-
sionem rerum legatarum vel hereditatis, vt tenet Pe-
ralta, ubi supra, cuius limitatio, nempe in legatis pijs,
verba & tenenda videtur, etiam quantitatis, saltem
quando non dubitatur de viribus & valore testamēti
atque codicillorum, & secundum eam in praxi iam
duabus sententijs conformibus, & literis executionis
super eisdē latis obtinui in legato facta huic Ecclesie
Ciuitatis, quam etiam post hoc scripto nouissime se-
quitur Doctōr Paz in sua praxi, 3. l. 1. cap. 2. §. 1. num.
49. ubi num. 50 ad hoc exigit, vt præcedat interpellatio
extra iudicialis heredi faciēda. Sufficiet ergo a for-
tiori, si in iudicio prius interpelletur, vt cōtigit in casu
supradicto, in quo obtinui, in ceteris vero legatis
nō pijs dubia mihi est, nisi præcedente dicto præcep-
to & confessione heredis iuxta communem sententiam
vel saltem præcepto iudicis in casu à nobis proposito
supra num. 2.

S Y M M A R I A.

1. Ingrediens possessionem alterius auctoritate iudicis in-
competentis, an excusetur à pœna, de quo in hac
l. & similibus: & numero sequentijs resoluitur ne-
gatiue.
2. Qualibet causa, licet iniusta, excusat à multa.
3. Qualibet causa, licet iniusta, excusat à pœna procla-
tione sine decreti publico.
4. Qualibet ignorantia, etiam inuis, excusat à dolo.
5. Qualibet credulitas excusat à dolo, & bona fides potest
causari etiam ex iniustis & temerarijs causis.
6. Causa etiam bestialis excusat à dolo.
7. Qualibet causa etiam maxima iniusta, & minus legiti-
ma excusat à dolo.
8. Spoliatus à iudice incompetenti, iuris tamen ordine non
seruato, est restituendus ante omnia cum fructibus.

9. Statuto si caueatur quid turbans aliquem in sua possessio-
ne tali pœna puniatur, erit puniendus id faciens
auctoritate licentia inuvalida.
10. Soluens alteri, quam cui debeat, mandato iudicis iniusto
non liberatur.
11. Compulsus hoc casu debet adhibere omnem diligentiam
suam quam possit, ne soluerit illi, vt liberetur.
12. Debitor qui compellitur iussa Magistratus alteri solu-
ere, non tenetur prius iurare carceres vel cruciatum,
sed agit quicquid honeste licet, vt non soluat salute
salua.
13. Non dicitur coactus facere ille, cui iudex iubet, nisi ipse
resistat iubenti, & dicat se non teneri hoc facere.
14. Iudex iniuste precipiens, non liberat depositarium
spontevadentem, & non appellatorem.
15. Debitor qui iuravit solvere intra certum diem credito-
ri, si iudex precipit eidem sub pœna ne soluat, excusa-
tur si appeller.
16. Confessus erit in prædito casu debitor requirat suū
creditorum, cum præcepto sibi facte de restituendo ter-
tio, vt dicat de iure suo, quia cogitur solvere alteri, &
non potest aliud facere, & sic protestetur, vt soluendo
sit securus.
17. Que libet causa, etiam iniusta, licet excuset à dolo
vel multa, non tamen à lata culpa, nec pœna legis,
vel statuaria.

L. 3. tit. 13. lib. 4. Nou. Coll. & Regiz.

Q U Æ S T I O LXXXI.

Q U Æ R O quia l. 5. eodem tit. 13. lib. 4. Nou. Col-
lect. Regiz. ibi: T. les tomaren sus bienes sin mandado
d'aquez leximo, primo, an ingrediens possessionem alterius,
iudicio incompetentis auctoritate & licentia excusetur à
pœnis, de quibus in hac lege & similibus. Et t. videtur
quod sic, quia qualibet causa, licet iniusta excusat à
multa, vt tenet glo. in l. pletur, quæ ff. de in ius vocand. su-
milia in l. 1. vers. hoc iudicium sine ff. si quis ius dicen-
ti non obtemperauerit, ubi Doctores eam sequuntur, &
est communiter approbata secundum Alexan. & Iaso-
nem ibi, & Cutium iuniorum numero o. octavo & illa
glo. lolet semper ad hoc allegari, secundum Paulum de
Castro in §. i. eundem leges, num. quarto, sequitur Ioan. O-
rascius in dicta l. 1. §. fin. numero septimo. Sic etiam qualibet
causa, t. licet iniusta, excusat à pœna proclamatis
sue decreti publici, vt cum alijs tradidit Oualtanus de
Pedemontan. nu. 17. Sic etiam t. qualibet ignoran-
tia, etiam iuris, excusat à dolo vt tenet gl. in l. plagii, la
secunda, verb. iusta ducti, C. ad l. F. an de plag. aris, l. i-
gitur, ff. de lib. causa, l. 1. in fin. ff. de abigies, ubi hoc notat gl.
verb. iustia rationibus, & hæc est communis regula, se-
cundum Curt. Jun. in l. 1. n. 6. ff. quod quisque iur. sequitur
Iason alios referens in l. qui iur. iussu in princip. num. quinto
ff. de iur. iur. ubi addit, quod qualibet credulitas excusa-
ta à dolo, & quod bona fides potest causari, etiam ex
iniustis & temerarijs causis quod ibi dicit menti ten-
endum ex testimonio Baldi & hanc sententiam glo-
sularum, quod qualibet causa, etiam iniusta, excuset à
dolo, testatur communem, plures referens Doctōr
Anto de Padilla in l. si quis maior, nu. 43. C. de translatio-
nibus. Imo causa etiam bestialis t. excusat à dolo, se-
cundum Aymon Crasset. consil. 46. nu. 14. quem refert &
sequitur Roland. à Valle consil. 57. num. 10. lib. 1. Dist. An-
ton. de Padilla, ubi supra. Et qualibet causa, etiam mini-
ma, iniusta, & t. minus legitima, excusat à dolo, secun-
dam Matthæum de Afflicis de consil. Neapolitana 360.
num. 6.

Ergo quamuis iste non habeat legitimam exceptio-
nem, quo minus restitutio spoliato faciēda sit, quo-

nam spoliū factum à iudice incompetenti, fuit nul-
lum: imo etiam spoliatus à iudice t. competente, iuris
tamen ordine non seruato est restituendus cum fructi-
bus ante omnia, vt in cap. conuenerit, vers. sic, mandamus
quatenus, de restitutione spoliatorum glo. in cap. presen-
tium, 7. questione prima, & in summ. 3. quæst. 1. text. in cap.
causam matrimonij & ibi Cardinale in tertio notabilis. de
officio delegat. Decius per text. ibi in cap. referente, nume-
ro secundo, de præbend. saltem excusabitur à pœna har-
um legum: sed nihilominus tenendum est contra-
rium, imo quod in hoc casu iste, nec à pœnis harum le-
gum excusetur. Primo, quia paria sunt capere posses-
sionem alterius abique auctoritate vel cū ipsa,
si tamen iudex de iustificatione omnium iudic. cum materia, &
capit. 2. de consil. lib. 4. & in C. si clerici, ibi: Sicut enim
sententia à non suo iudice lata non tenet, extrada iudicij
defectus enim iurisdictionis hominem priuatum facit
in illa causa, sicque gesta à iudice incompetenti sunt
nulla vt per Io. an. titulum. C. si à non compet. iudice fuerit
iudic. ita vnicō verbo censuit Aymon. Crasset. consil. 47. 2.
numero quarto, vers. sic. potest etiam, quæ sequitur Me-
nichus in octauo remedio recuperand. posses. numero 17.
Hinc est, quod si statuto caueatur, quod turbans ali-
quem in sua possessione, tali pœna puniatur, erit puni-
endus turbans aliquem auctoritate licentia inuualida,
iuxta doctrinam Baldi. in l. iuste possidet, nu. 4. ff. de
acquir. posses. Sic etiam non liberatur t. solutionem faciēns
alteri, quam cui debeat, mandato iudicis iniusto,
secundum Alexand. consil. 11. n. 4. lib. 2. sequitur Addi-
tario Barto. in d. l. iuste verb. simpliciter, D. disc. Perez in l.
1. tit. 14. lib. 1. ordinam. col. 125. paulo post princip. De-
beret enim hoc casu debitor compulsus per viam facti
ad soluendum alteri quam creditor, adhibere om-
nem diligentiam suam quam possit, ne solueret, vt li-
beretur, quia contra superioris imperium resistere non
potuit, etiam si debitor sit generi, secundum Bald. in l. sal-
sus col. 1. num. 3. & 11. de iur. ubi quod si debitor sine
compulsione soluit alteri, quam creditor, non est li-
beratus debet enim habere bonam fidem, vt legalitate
obseruet, & sic si dolum veltatum adhibet in hoc,
non liberatur, non tamen tenetur debitor, qui copellitur
iussu magistratus alteri solvere, prius iurare car-
ceres vel cruciatum, sed agit quicquid honeste licet, vt
non soluat, salute sua salua, vt in l. nepos Procul, ff. de ver-
borum significacion. l. ea de numer. ff. de oper. liber. Et inquit
Paul. de Castro in l. 2. consensisse ff. de iudic. quod non
dicitur t. coactus facere ille, cui iudex iubet, nisi ipse re-
sistat iubenti, & dicat se non teneri hoc facere, & dicit
hoc facere ad questionem debitoris exacti per officia-
lem tyranni, vt debet resistere tyranno iussu faciēns
t. tunc ei soluendo liberatur, alia s. si non resistit &
sponte soluit, non liberatur supradict. etiam ex Bald. &
Paul de Castro, sequitur Matthæus de Afflicis. de consil.
Neapolit. 150. n. 21. & sequentijs. Et quod debitor hoc
casu antequam soluat, debeat contradicere, probatur
in l. aut prator, 1. permittitur, ff. de minor. quod in termi-
nis tenet idem Paulus de Castro in l. 1. n. 4. C. si auctor.
s. lu. Imo & hoc t. casu, quando expresse appareret iudicem
iniuste precipere, non liberatur depositarium sponte reddendo,
& non appellatorem ex supradict. do-
ctrina Baldi in dict. l. falsus, col. si. C. de fur. exitum Grego-
gor. Lop. in l. 3. tit. 2. part. 5. quod in eo, qui iuravit
soluere intra certam diem creditor, t. si iudex præcepit
debitori sub pœna, ne soluat, quod si excusatus, si
appellet cum Hostien. & alijs probauit idem Mat-
thæ. de Afflicis. de consil. Neapolit. 328. n. 3. Quinimo & hoc
casu consilium Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. ordin.
col. 114. 4. in prin. quod debitor requirat suum t. credito-
rem, cum præcepto sibi facte de restituendo tertio,